

1896.

6a

EPISTOLA

QVA

VIRO

PRAECELLENTISSIMO ATQVE
EXPERIENTISSIMO

GOTTH. ERN. LOEBERO

SOCIETATIS LATINAIE IENENSIS COLLEGAE
DIGNISSIMO

DE

SVMMIS IN MEDICINA HONORIBVS
GOTTINGAE IMPETRATIS

NOMINE

SOCIETATIS

GRATVLATVR

FRID. HEVSINGER

DE


IVRIBVS SINGVLARIBVS MEDICORVM RO-
MANORVM

PRAEFATVS.

IENAE

AERE SCHILLIANO

CIO IO CC XXXXVII.



VIR PRAECELLENTISSIME ATQVE EXPERIENTISSIME



uod, TE, VIR PRAECELLENTISSIME, ex hac bo-
narum artium officina discedente societas Latina
precata est, vt qualis eruditioni atque industriae
TVAE insigni debetur, honor quamprimum de-
feratur; eius voti se compotem factam, collata
TIBI ab illustri medicorum Gottingensium collegio summa in
arte medica dignitate, gaudet sane et laetatur. Neque hoc fo-
lum nomine infatiabili quodam gaudio completur, sed ideo etiam,
quod, cum TVO consortio aliquamdiu summa cum voluptate
via sit, TEque absentem in collegarum numero habeat, TVO ho-
nore sibi honorem partum esse intelligit. Quare et TIBI et sibi
gratulatur. Quidni enim gratuletur TIBI, qui in eo studiorum
genere ad summum honoris fastigium ascendisti, quod omnes
fere gentes maximum fecerunt. Romani certe Caesarum im-
perio subiecti admodum honorifice habuerunt medicos, quos li-
bera republ. nullo fere loco numerarant. Quod quidem pleris-
que vetusta scriptorum monumenta legentibus mirum videri so-
let, inter Romanos artem salutarem, cuius inuentores Apollinem
et Mineruam iactabant, contentum laborasse. Hi si didicerint,
ipsam medicorum conditionem despiciuti ansam dedisse, non mi-
rabuntur, Romanos nihil fecisse medicos. Iisdem enim, quibus
chirurgi nostri, fungebantur partibus; incidebant venas, empla-
stra, collyria, clystres, vnguenta admouebant, secabant, virili-
tatem excidebant (a). Quae cum turpia et ingenuo homine in-
digna viderentur, factum, vt ad seruos ars humanae salutis praef-
ses ablegaretur, donec mutata reip. forma dignitas ipsius paul-
latim cresceret. Nam ex quo imperatores, in quorum potesta-
te ac moderatione omnia vertebantur, in medicos, experta ipso-
rum sollertia, liberales esse coeperunt, fieri non potuit, quin me-
dicina e tenebris quasi in lucem protracta nouam faciem indu-
ret.

) 2

(a) Brisson, 1, II, sel. antiqu. c. 3.

ret. I. Caesar omnes medicinam Romae profosso, quo libenter et ipse urbem incolerent, et ceteri appeterent, ciuitate donauit (b). Augustus Antonio Musae liberto, cuius arte morbo erat liberatus, ius aureorum annulorum concesit, et immunitatem medicorum ordini tribuit (c). Quod insigne liberalitatis exemplum ne interiret, Vespasianus, Hadrianus et Antoninus Pius prouiderunt, qui datam ab Augusto immunitatem rescriptis de novo roborarunt (d). Quorum Antoninus sanxit, ne immunitate fruerentur, εάν μὴ δόγματι Βουλῆς ἐγκαταλεγωσιν τῷ αὐτοφρῷ τῷ συγκεχωρησέντοι νήσι decreto senatus (vel ordinis decurionum) in numerum esent relati, vt loquitur Modestinus (e). Ac ne latius vagaretur imperatorum beneficentia, ciuitatibus Asiae rescripsit, minoribus V. medicos constituere licere, maximis decem (f) Romae, si medicos Portus Xysti et virginum Vestalium remoueris, tot erant, quot regiones, id est XIII. idque, vt videtur lege Valentiniani et Valentis (g). Qui intra numerum erant tam Romae quam Constantinopoli archiatri dicebantur, veluti principis orbis medici (h). Multum ab his distabant principum medici quibus archiatriorum nomen aequum erat, addito S. palatii (i) quique operae imperatori nauatae yberrimos tulerunt fructus. Horum Alexandri Seu. tempore sex in aula medicorum partes obibant, qui constituto vni salario reliquis tantum annonas dedid (k). Singulis vero pristina commoda reddita esse verisimile est, propterea, quod leges in honorem medicorum sanctitae plurilater loquuntur. Discrimen porro intercedit aliquod inter archiatros et eos, qui temporum istorum more ex archiatriis dicebantur (l) qui quamvis archiatriorum muniberibus iam esent perfuncti, nihilominus tamen iisdem, quibus reliqui, praemiis et honoribus decorabantur (m). Sed ad medicos urbis redeo et municipiorum. Illorum in numerum ne indigni se inferrent, a Valentiniano sanctum est, vt ne ex maioris partis medicorum consilio succederetur defuncto, neue vacantem, sed ultimum in collegio locum occupare liceret (n). In municipiis medicorum in-

(b) Sueton. I. Caef. c. 42.

(c) Dio Casf. I. LIII. p. 592.

(d) I. vlt. D. de muniberis et honor.

(e) I. 6. §. 3. D. de excusat.

(f) I. 6. 13. de excusat.

(g) I. 8. C. Th. de med. et profess. vbi vide Gothofr. de portu Xysti disserentem.

(h) I. 2. 4. 8. 9. 13. C. Th. de med. et prof.

(i) I. 17. et 19. C. Th. de med. et prof. rit. C. Th. et Iust. de comit. et archiatriis S. Palatii.

(k) Lamprid. in Alexandre Seu. c. 42.

(l) I. 2. C. Th. de med. et prof. I. 6. C. Iust. de prof. et med.

(m) dd. ll.

(n) I. 8. 9. C. Th. de med. et prof. I. 10. C. I. de prof. et med. adde I. 8. C. Th. eod.

*intra praefinitum numerum constituedorum arbitrium non praesidi
provinciae commissum est, sed ordini (decurionum) et possessoribus
cuiusque ciuitatis, ut loquitur Vlpianus (o). Nunc ad ipsa bene-
ficia et emolumenta transeamus, quorum alia medicorum vr-
bis, alia archiatrorum S. palatii fuerunt propria, alia communia.
Immunitas medicorum ordini olim concessa quin ad omnium
commoda pertinerit, nullum plane est dubium (p). Ea vero
quibusunque eximebat muneribus et collationibus (q), excepto
frumento atque tributo, quod ab omnibus et singulis praedio-
rum possessoribus exigebatur (r). Quae cum ita esent, metati
lege non tenebantur (s) quae hospitum, id est imperatorii co-
mitatus, iudicium et militum receptionem praediis iniungebat (t)
neque alia agris imposita tributa vestigalia aut quascunque pen-
siones, quas, si pace TVA, VIR EXPERIENTISSIME, ad munera
transiero, explicare constitui, fisco repreäsentabant. Inter haec
a quibus medicos data immunitas liberabat, curia emi-
net (u) cum molestissimorum munerum curatione et administra-
tione, tum nimiis impendiis onerosa (x). Cum itaque omnes
a patre curiali nati ad subeundas curiae functiones cogi (y) et
qui eam subterfugerant reuocari (z) aut bonis priuari (a) pos-
sent; quin imo locupletiores in municipiis curiae esent obno-
xi (b) imperatores efficere voluerunt, ne medici, quos uel pa-
terna conditio curiae adscripsérat, vel quibus ius municipii ob-
tigerat, a saluberrimae artis professione municipi procuraione
impedirentur (c). Idem a senatorum oneribus impensisque ipsos
leuarunt (d). Horum namque dignitas, licet amplissima, ad-
modum tamen sumtuosa erat (e) quippe quibus praediorum no-
mine aurum, glebale dictum (f) et tirones, vel pretium eorum
quod aurum tironicum leges vocant (g), aurum quoque, oblati-*

(3)

tium

(o) l. 1. D. de decret. ab ord. faciend.

(p) l. 1. 16. C. Th. de med. et prof. l. 6. C.
Iust. eod.(q) l. 6. §. 8. D. de excusation. l. 1. 2. C. Th. de
med. et prof. l. 6. C. Iust. de prof. et med.(r) l. 1. 20. 25. 26. C. Th. de annona l. 7. 9.
C. Iust. eod.(s) l. vit. §. vit. D. de muner. et honor. l. 3. 10.
l. 18. C. Th. l. 6. et vit. C. I. de profés. et med.(t) vid. tit. C. Th. et Iust. de metatis et para-
titon l. VII. C. Th.

(u) l. 2. C. Th. de med. et prof.

(x) vid. tit. C. Th. et l. de decurion. vt et pa-

ratilon huius tituli, l. 16. C. Th. de med. et prof.

(y) l. 123. C. Th. de decurion.

(z) l. 128. C. Th. de cohortial. et tit. de decur.

(a) l. 143. 144. C. Th. de decurion.

(b) l. 13. 33. 53. 72. 133. C. Th. de decur.

(c) d. l. 1. 2. 16. C. Th. de med. et prof. l. vlt.

C. Iust. de prof. et med.

(d) l. 2. 16. 19. C. Th. de med. et prof. l. vlt.

C. Iust. eod.

(e) l. 58. 111. C. Th. de decurion.

(f) Gothofr. ad l. 4. C. Th. de indulg. debit.

er ad tit. de senat. et gleb. collat.

(g) l. 7. 13. 14. C. Th. de tiron.

tium quod dicitur (*b*), aliaque imperabantur (*i*) nisi principis favore inter alleatos essent relati. Quoniam igitur medici ut ad alios honores (*k*), ita etiam ad senatorium ordinem adspirabant, ne olim data immunitas dignitate tolleretur, legibus cautum est. Quin etiam Antoninus Pius (*l*) Constantinus M. (*m*). Valentianus sen. (*n*) et Theodosius iun. (*o*) medicos (quippe e plebe erant) conscribi, vel ad nomina danda cogi prohibuerunt. Quid? quod medicorum nomen adeo sanctum fuit, ut in ius ipsos rapi, aut iniuria affici, nefas haberetur (*p*). Atque haec fere sunt, quae in honorem medicorum cum palati, tum urbis inuenta sunt, quaeque legibus codicis Theodosiani et Iustiniani confirmata solum esse putauerim ob l. 6. §. 1. 8. D. de excusat. Supersunt alia latinorum propria. His comitiva seu, dignitas, qua imperatores bene meritos de rep. ornare consuerant, conferebatur, eaque modo primi ordinis (*q*), modo secundi (*r*). Quam cum multa onera et collationes sequerentur, pura exactionis capitum, quam capitationem plebeiam vocant (*s*) equorum ad instruendum usum armorum (*t*) vacuos et solutos ab omni sumtu et munere Constantinus M. medicos pronunciauit, quos hoc ornamentum consperitos in aula fecerat (*u*). Quorum vestigia persecuti Valens, Gratiianus et Valentinianus iisdem a sordidis muneribus vacationem concesserunt (*x*) vel potius concessam noua lege munierunt (*y*). Praeterea perfectissimus honorem, qui id temporis proximus erat a senatorio (*z*) adeptos ab omnibus dignitati impositis oneribus liberatos esse constat (*a*). Nam quibus litteris principis perfectissimorum nomen erat collatum, quique eam ob causam honorati vocabantur, (*b*) si curiae erant mancipati, a curia liberi non erant (*c*), neque a tironum equorumque exactione (*d*) aut a sordidis muneribus (*e*) ipsos immunitatis excusatio vindicabat.

Au-

(*b*) l. 14. C. Th. de senat. et gleb. coll.(*i*) vid. tit. C. Th. de senat. et Gothoff. ad l. 11. C. Th. de med. et prof.(*k*) l. 1. 16. 19. C. Th. de med. et prof. l. 6. et vlt. C. Iust. eod. Gothoff. ad. l. 15. C. Th. eod.(*l*) l. 6. §. 8. D. de excusationibus.(*m*) l. 3. C. Th. de med. et prof.(*n*) l. 10. C. Th. cod.(*o*) l. 16. C. Th. cod.(*p*) l. 1. C. Th. l. 6. C. I. eod.(*q*) l. 16. 17. 18. C. Th. de med. et prof. l. unde comit. et archiatr. sacri pal.(*r*) dictae ll.(*s*) l. 36. C. Th. de decur. l. 4. C. Iust. de legatione,(*t*) l. VII. C. Th. de oblat. equor.(*w*) l. 2. C. Th. de med. et prof.(*x*) l. 12. C. Th. de med. et prof. de sordidis muneribus videl. l. 14. 15. 18. C. Th. de extraord. sive sord. l. 11. 12. C. I. de excusat. muner.(*y*) l. 6. §. 8. D. de excusat.(*z*) l. VII. C. Th. de his qui ven. act. et l. 1. C. I. de natur. lib. vb pro praefecto Haloander, approbante Augustino, legit perfidos.(*a*) l. 2. C. Th. de med. et prof.(*b*) l. 26. C. Th. de decurion.(*c*) l. 5. 15. 26. C. Th. de decurion.(*d*) l. 7. C. Th. de tiron. l. 2. de decur. et silent. l. 3. de proxim. et comit. dispositi. l. 2. de priuili. eorum qui in f. p.(*e*) l. 12. C. Th. de med. et prof.

Aurum quoque (coronarium leges appellant) quod parta victoria, vel re feliciter gesta donum principi ferebatur, iidem pensitabant (*f*). Vt autem principum liberalitas medicis multum detulit, ita eadem collata beneficia, missione licet imperata, non solum salua esse iusfit (*g*), sed etiam conitges atque liberos in partes eorum vocavit (*b*). At medici legionum, quamdiu reip. causa aberant, eodem vrebantur iure, postea vero non nisi in numerum recepti (*i*). Celebrata ista tot Ictorum scriptis immunitas a tutela, vitrum solis medicis vrbis data ferit, nec ne, dubium videtur. Vtriusque enim ordinis medici a ciuilibus pariter ac publicis muneribus tam Theodosiani, quam Iustinianei codicis legibus eximuntur, vt non plane absurdia res sit, statuere, medicos palatii a tutelis excusatos fuisse. Sed cum immunitas a muneribus publicis ad tutelam non porrigitur (*k*) leges vero (*l*) de medicis vrbis solum loquantur, non est, quod palatini officium vacationem a tutelis habuisse concedam. Accedit illud, quod verba, *quoniā* *grauiſſimiſ dignitatibus vel parentes, vel domini, vel tutores esſe non debent* (*m*) in codice Iustinianeo (*n*) vbi de medicis generatim agitur, sunt omissa. Qua de re vberior dicendi locus esſet, nisi verendum ne actum agerem, cum eadem ab aliis copioſe sit pertractata. Finem itaque epistolae imponerem, nisi aliud succurreret, merces nimirum medicis constituta. Palatinis iam ante Alexandrum Seu. familiaria fuisse, Lampridius auctor est (*o*). Vrbis medicis annonae seu frumenti modus ex annonā ciuica populo gratis praefstari solita (*p*) adſignatae ſunt (*q*), vt honeſte obſequi tenuioribus mallent, quam turpiter feruire diſtioribus (*r*). Praeter frumentum vero vel panes medicos oleum quoque et carnem porcinam, quae cum annonā populo distribuebatur (*s*) accepisse veriſimile eſt. In codice certe Theodosiano, vbi ammoniae traduntur (*t*), olei mentio fit, idque ad certorum ordinum commodum diuidi dicitur (*u*). Suidas quoque palatini panis appellatione carnem et oleum contineri perhibet

(*f*) 1. 2. C. Th. de auro coron.

(*g*) 1. 15. 16. C. Th. de med. et prof. 1. vlt. C. Iust. eod.

(*h*) 1. 1. 3. 4. 10. 16. 17. C. Th. de med. et prof. 1. 6. 1. vlt. C. Iust. eod.

(*i*) 1. 1. C. I. de prof. et med.

(*j*) 1. 17. §. 3. 1. 15. §. 12. D. de excusation.

(*k*) §. 15. 1. de excusatiſ. 1. 6. §. 1. D. eod,

(*m*) 1. 1. C. Th. de med. et prof.

(*n*) 1. 6. C. Iust. de prof. et med.

(*o*) in Alexandro Seu. c. 42.

(*p*) 1. 5. C. Th. de ann. ciuica.

(*q*) 1. 8. 9. C. Th. de med. et prof. 1. 6. C. Iust. eod.

(*r*) 1. 8. C. Th. de med. et prof. De annonā vide Gothofr. ad l. 5. C. Th. de ann. ciuica diſferentem.

(*s*) 1. 3. de can. frument. V. R. 1. vlt. C. Th. de ann. ciu. Vopifc. in Aurel. c. 35. et 48. 1. 3. C. Th. de fuar. pecuar.

(*t*) tit. de frumento V. R. et de annonā ciuica.

(*u*) 1. vlt. C. Th. de ann. ciu.

bet (x). Quoniam autem mercedis loco, non ad sustentandam inopiam frumentum medicis erogabatur, fieri non potuit, quin plures concederentur annonae ut se exhibere possent, teste Lampridio (y). Qui quamvis de palatinis solum agat, omnibus tamen medicis id beneficium collatum esse videtur. Neque tamen cibaria solum mercedem premiumque laboribus et operis fuisse existimauerim, verum salario insuper etiam (z). Quamvis enim in legibus *salarium* modo annonas (a) Romae a senatu vel principibus adsignatas (b) in ciuitatis a decurionibus (c) modo honorarium vel mercedem promissam (d) significet, adeoque certi, quod affirmem, nil fere habeam; loca tamen veterum scriptorum in promptu sunt, e quibus probabiliter conficitur, medicos deteriore conditione non fuisse quam professores (e) ideoque praeter annonas salario e fisco tam principis quam ciuitatum percepisse. Ceterum mercedes operaे aegrotantibus nautae illud singulare habebant, quod extra ordinem praetor de iis cognoscebat (f). Sed quid antiqua ista et maximam partem abrogata iura commemoro; nonne academiarum conditores in designandis honoribus medicorum aequae rationem habuerunt? *Quicum tibi, vir praecellentissime atque doctissime, obtrigint, nouum decus et ornamentum sibi accessisse, societas Latina profiteretur.* Quantum uero esset consecuta si praesentem te intueri et TVAM cum summam virtutem, tum studia doctrinamque mirari liceret. Verum enim cum locorum distantia prohibeatur, verendumque sit ne sibi soli beneuola eximiam, quam tenes, medicinae scientiam alii inuidere videatur, desiderio modum ponit, atque ut in patria, vel vbiunque sedem ac domicilium collocaueris, prospere fortunateque viuas, eaque arte, in qua ita versaris, ut excellas, quam plurimis hominibus des salutem, optat; quo facilius ad id euegloriae et honoris fastigium, ad quod aditum parasti. Quae si euerint, ut sperare licet, summam votorum suorum adepta sibi videbitur, praesertim, si nihil de TVA voluntate absentia mutatum esse sentiet. Vale. Dabam Ienae a. d. XVI. Cal. Nou.

CIC CI CC XXXXVII.

(x) in voce παταρίοις

(y) in Alexandro Seu. c. 42.

(z) Lampridi. l. d. I. I. C. Th. de med. et prof. I. 6. C. iust. eod. l. I. pr. de extraord. cogn. I. 4. D. de decreto. ab ord. fac.

(a) I. 4. D. de decr. ab ord. fac. ibique Gothofredus l. I. C. Th. de med. et prof. I. 6. C. I. eod.

(b) Gothoff. adl. I. II. C. Th. de med. et prof.

(c) L. 4. §. 2. D. decret. ab ord. fac. Hac quidem in lege decreta decurionum de salariis nonnunquam vilius momenti esse dicitur, sed ut ea semper fuisse putem, facit l. 5. D. eod.

(d) I. I. D. de extraord. cognit.

(e) Lamprid. in Alexandr. Seu. c. 42. 44.

(f) I. I. pr. §. 3. D. de extraord. cognit.

Ztsr 1672. 8^o

ULB Halle
003 856 135

3



Sb.

V01P

V01Z



E P

PRAECELL
EXP

GOTTH.

SOCIETATIS LA

S V M M I S I N M
G O T T I N

SOC

FRID

IVRIBVS SIN

A E R E

C13

